


ROLLETT, KARL

De thermis Badensibus Austriacis

Stöckholzer v. Hirschfeld
Vindobonae
1831

EOD – Millionen Bücher nur einen Mausklick entfernt! In mehr als 10 europäischen Ländern!



Danke, dass Sie EOD gewählt haben!

Europäische Bibliotheken besitzen viele Millionen Bücher aus der Zeit des 15. – 20. Jahrhunderts. Alle diese Bücher werden nun auf Wunsch als eBook zugänglich – nur einen Mausklick entfernt. In den Katalogen der EOD-Bibliotheken warten diese Bücher auf Ihre Bestellung - 24 Stunden täglich, 7 Tage die Woche. Das bestellte Buch wird für Sie digitalisiert und als eBook zur Verfügung gestellt.

Machen Sie Gebrauch von Ihrem eBook!

- ➲ Genießen Sie das Layout des originalen Buches!
- ➲ Benutzen Sie Ihr PDF-Standardprogramm zum Lesen, Blättern oder Vergrößern. Sie benötigen keine weitere Software.
- ➲ *Suchen & Finden:* Mit der Standardsuchfunktion Ihres PDF-Programms können Sie nach einzelnen Wörtern oder Teilen von Wörtern suchen.*
- ➲ *Kopieren & Einfügen* von Text und Bildern in andere Anwendungen (z.B. Textverarbeitungsprogramme)*

* Nicht in allen eBooks möglich.

Allgemeine Geschäftsbedingungen

Mit der Nutzung des EOD-Services akzeptieren Sie die allgemeinen Geschäftsbedingungen. Die Benutzung erfolgt ausschließlich für private nicht kommerzielle Zwecke. Für alle anderen Zwecke kontaktieren Sie bitte die Bibliothek.

- ➲ Allgemeine Geschäftsbedingungen in Englisch: <http://books2ebooks.eu/odm/html/muw/en/agb.html>
- ➲ Allgemeine Geschäftsbedingungen in Deutsch: <http://books2ebooks.eu/odm/html/muw/de/agb.html>

Weitere eBooks

Schon über 30 Bibliotheken in mehr als 12 europäischen Ländern bieten diesen Service an.


Finden Sie weitere Bücher zur Digitalisierung: <http://search.books2ebooks.eu>


Mehr Information: <http://books2ebooks.eu>


Institut für Geschichte der Medizin
Wien

D

3.751







9805

DOCT. COLL.
der
WIEVER MEIN
FAMILIE

DISSESTITO

INAUGURALIS MEDICA,

D E

THERMIS BADENSIBUS

A U S T R I A C I S ,

Q U A M

CONSENSU ET AUCTORITATE

EXCELLENTISSIMI AC ILLUSTRISSIMI DOMINI

PRAESIDIS ET DIRECTORIS,

PERILLUSTRIS AC SPECTABILIS DOMINI

D E C A N I ,

A T Q U E

CLARISSIMORUM D. D. PROFESSORUM,

P R O

DOCTORIS MEDICINAE LAUREA

RITE OBTINENDA

IN ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA

UNIVERSITATE VINDOBONENSI

PUBLICO EXAMINI

SUBMITTIT

Carolus Hollett,

Austriacus Badensis.

In theses adnexas disputabitur in Universitatia aedibus
die 5. Martii MDCCXXXI.

Vindobonae,
ex typographia viduae Stöckholzer de Hirschfeld.

D 3751





100

04 APRIL 1960

THE HISTORY OF THE UNITED STATES

BY JAMES MCGOWAN

WITH A HISTORY OF THE AMERICAN REVOLUTION

BY JAMES MCGOWAN

WITH A HISTORY OF THE AMERICAN REVOLUTION

BY JAMES MCGOWAN

WITH A HISTORY OF THE AMERICAN REVOLUTION

BY JAMES MCGOWAN

WITH A HISTORY OF THE AMERICAN REVOLUTION

BY JAMES MCGOWAN

WITH A HISTORY OF THE AMERICAN REVOLUTION

BY JAMES MCGOWAN

WITH A HISTORY OF THE AMERICAN REVOLUTION

BY JAMES MCGOWAN

WITH A HISTORY OF THE AMERICAN REVOLUTION

BY JAMES MCGOWAN

WITH A HISTORY OF THE AMERICAN REVOLUTION

BY JAMES MCGOWAN

WITH A HISTORY OF THE AMERICAN REVOLUTION

BY JAMES MCGOWAN

WITH A HISTORY OF THE AMERICAN REVOLUTION

BY JAMES MCGOWAN

WITH A HISTORY OF THE AMERICAN REVOLUTION

BY JAMES MCGOWAN

WITH A HISTORY OF THE AMERICAN REVOLUTION

ANTONIO ROLLETT,

PARENTI OPTIMO,

in

p i ; a m o r i s s i g n u m

hasce sacrat pagellas

Slius gratissimus.

Preis und Ehre dem, der die Brunnen der Tiefe und des unterirdischen Lebens eröffnet hat, um daraus unversiegbare Quellen des Lebens und der Gesundheit aus der Erde hervorströmen zu lassen!

Hufeland.

P r o o e m i u m.

Medicinae doctoris lauream adspirans, non diu animus dubius haesit in seligendo themate pro dissertatione inaugurali elaborando; etenim loci natalis amore ductus, e vasto et immenso medicinae campo, Cetiae, piae nymphae liquores, tractandos elegi. Multa ab auctoribus de hocce themate scripta existunt, multae institutae sunt thermarum earum explorationes chemicae, novi mihi revera superest sere nihil.

Ast perlustravi diligenter auctorum infra adnotatorum scripta respectu harum thermarum indicationis, adplicationis rationis et fructus diversis in morborum formis; repetii cum magna attentione experimenta physica respectu caloris gradus ab iisdem facta, nec non et chemicae explorationes noviter institutae sunt, summa cum dili-

gentia, cum quibus clariss. Prof. Rudolph de Spécz auxilium beneficum mihi suppeditavit.

Continet igitur hicce libellus collectiones observationum aliorum et experimenta propria.

Antequam autem elaborationem thematis ipsam adgredior, quaeso: quod si in his pagellis non ex omni parte votis respondeam Tuis, benevole Lector! consideres, me adhucdum juvenem esse in arte medica et hocce opusculum primum. Faveas igitur, precor, juveni et primo ipsius labori, uti sauciis et invalidis pia favet thermarum nympha.

Auctor.

INTRODUC T I O.

De aqua et balneis in genere priusquam de **B a d e n s i b u s** incipiam.

Est terrae latex maternus aqua, e quo fonte animantia omnia vitam hauriunt suam, quam absque fluido hocce cogitare non possumus. Est constituens humorum animalium, nec durissimae corporis animalis partes hoc fluido non carere non possunt, sicut et saxa in pulverem fatiscant, si crystallisationis aqua privantur.

Licet non unicum sit, tamen cum aëre, calore, luce, electricitate, nutrimentis et aliis vitae adminiculis eandem tenet, imo majorem dignitatem, cum haec a terrarum aquis varia ratione modificantur.

Patet ex inde, hocce vitae adjuvans sumnum influxum habere, in secundam hominis et adversam valetudinem.

Quae autem e terrae sinu scaturit aqua, non perfecte pura, sed variis inquinata est partibus diversis in fontibus; nam hocce corporum vegetabilium, nec non animalium atque multorum e regno minerali solvens universale, quod cum acidis et aëribus connubium quoque intrat, horum omnium particulas non continere non potest.

Est aqua mera liquidum pellucidum, decolor, insipidum, inodorum parum elasticum, eoque purior atque melior, quo limpidior, quo magis odoris et saporis expers, quo citius saponem et sales solvit, et quo minus turbatur e lixivae liquidae solutione.

Occurrit aqua vel sub forma solida seu crystallina — glacies —, liquida — aqua —, et tandem sub forma elastica — vapor seu aqua gasformis. —

Aqua praeterea vel est pluvialis, nivalis, fontana, aut illa, quae in lacubus et maribus continentur. Pluvialis et nivalis puri-

tate maxima gaudet, particulis putridis inquinata est stagnorum aqua, sicut marina salibus gravis, fontana respectu puritatis inter hos et illos intercedit. Redditur aqua particulis alienis impraegnata purior, dum per carbonum pulverem percolatur, purissima autem obtinetur destillationis opere.

Hoc fluidum non est simplex elementum, sed continentur secundum celeb. Sequin, Fourcroy et Vauquelin in 100 aquae partibus:

85,662	oxygenii
14,338	hydrogenii
<hr/>	

100,000.

secundum cel. Berzelius

88,94
11,06
<hr/>

100,00

Aqua simplex et de acido carbonico plus minus continet, adjuvat inde digestionem, exerit virtutes solventes faciliioresque reddit evacuationes, praebet igitur sanis potum saluberrimum, nisi quantitate nimia ingurgitetur, in quo casu humores digestorios nimis diluit, digestionem ipsam retinet ejusque officinam quantitate sua nimia gravat, cohabet porro assimilationem et debilitat vias urinales.

Aqua frigida, pro potu adsunta, partes, quas permeat, qua stimulus negativus, praeprimis os, fauces oesophagum et ventriculum adficit, subtrahit organismo principium in expansionem nitens, est bonus electricitatis conductor, inde processum vitalem alaciorem et aestum morbosum temperat, fallit sitim, diluit humores, solvit stases, adauget textus cellulosi et fibrae muscularis nisum in contractionem, agit utut alterans in sistema nervosum et qua derivans in sanguiserum. Adhibetur in morbis digestionis officinae, in pyrosi, cardialgia, ructibus, acido primarum viarum, in statu verminoso, pituitoso, in morbis systematis sanguiferi, in congestionibus, inflammationibus, haemorrhagiis, febribus, in synocha et typho, porro in affectionibus systematis nervosi morbos, in spasmis, epilepsia, chorea St. Viti, hypochondria, hysteria etc.

Aqua calida acidum carbonicum plus minus dimitit, evadit nauseosa et producit facilime vomitum, qua de causa inter

remedia domestica ad emetica pertinet; auget praeterea calorem animalem, turgorem vitalem, transpirationem cutaneam, accelerat sanguinis circulum et producit partium solidarum laxitatem.

Tam ad sanitatem conservandam, quam ad deperditam restituendam, aqua etiam sub forma balneorum in usum trahitur.

Dividuntur balnea pro varia ratione: in frigida et calida, pro diverso temperaturae gradu; in universalia et topica, prouti vel corpus integrum vel tantummodo quaedam ipsius partes fluido immurguntur; ad ultima pertinent: semicupium, maniluvium, pediluvium etc., prouti corpus ad umbilicum usque, vel manus, vel pedes etc. balneo committuntur; existunt etiam balnea pluvialia (Regenbäder) et stillativa (Tropfbäder), prouti fluidum pluviae ad instar in guttulis copiosis, vel tantummodo in guttis singulis sese excipientibus, ex altis in organis mundi cadit, nec desunt balnea ruentia (Douche-Bäder); si fluidum in rivulo majori ad partem adfectam dirigitur. Balnea porro dividuntur in simplicia, quae aqua mera tantummodo constant, et in composita, quae substantias alias medicatas in solutione gerunt et secedunt haecce iterum in artificialia, quae solvendo substantias medicatas indicatione praesenti adcommodatas in aqua calida ex tempore parantur, et in naturalia, quae ex ipso terrae sinu, pro ratione loci diversa, variis substantiis grava scaturunt.

Nunc de effectu balneorum, qui a temperatura varia, tempore et applicationis loco vario, a fluido pro balneo adhibito diverso dependet, in genere.

Balneum frigidum in cunam, quae contrahitur, anserina evadit, turgorem et ruborem perdit, proxime agit; extendit inde effectum suum super totum vasorum et nervorum systema. Per breve temporis momentum adhibitum, reactionem partium internarum antagonisticam provocat, exeritque effectum magis stimulanten, quam sedautem. Longius autem adhibitum fervorem vitalem in toto vasorum systemate compescit, moderatur processus vitalis excessus et restringitur organisationis consumtio.

Balneum subsfrigidum in aere non frigido adhibitum, ni-

mium in cutem vitae impetum moderat et renisum in corporis penetralibus intendit. Hac de causa respiratio, digestio et resorptio impelluntur, materiae organicae resolutio et dissipatio arcentur, robur musculis additur et cutis, cuius sensititas moderatur, in posterum frigoris injuriis minus obnoxia fit. Quare balneum moderate frigidum, nec ultra, quam par est, adhibitum ad sanitatem conservandam ab homine sano in usum trahitur, nec in medicamentorum adparatu ultimum locum obtinet. Laudatur in morbis contagiosis, febrilibus, in peste, febri flava, typho, scarlatina aliisque morbis cutaneis, in tache dorsali, epilepsia, chorea St. Viti, hydrophobia etc.

Pertinet autem ad potentias nocentes balneum, aut nimis frigidum aut justo diutius adhibitum, nam maximas in nervorum et vasorum systemate causat turbas, cum ex una parte principium in expansionem nitens organismo subtrahit, ex altera, hoc in evolutione sua arcet, et sanguinem ad organa nobiliora interna e cutis superficie urget, hinc spiritus difficultas, cordis palpitatio, pulsus inordinatus, secretionum perturbatio, horripilatio, artuum tremor, spasmi, viriumque prostratio in conspectum veniunt. Adducit autem summum vitae periculum et morbos gravissimos balneum frigidum corpore aestuante adhibitum.

Balneum calidum cutem quoque proxime adficit et exinde per universum organismum effectum suum extendit, hic autem varius a momentis supra jam enumeratis dependet.

Balneum tepidum cutem a sordibus purgat, omnem hujus organi functionem leviter impellit atque, electricam efficientiam a corpore animali derivando, praevalentem vitam compescit sensiferam.

Balneum calidum cutem irritat, quae irritatio cum sensatione peculiari amoena conjuncta est, cutis fit mollior, adaugetur ejus turgor atque rubor, vasa cutanea magis in conspectum veniunt, pulsus redditur mollis, plenus atque tardior, systematis lymphatici actiones, praeprimis resorptio cutanea adaugentur, respiratio procedit lentior, caput et organa interna sanguine minus opplentur, cum hocce fluidum magis corporis peripheriam petit. Imminuantur hinc anxietas, dolores, inquietudo etc., ab irritabilitate spastica dependentes;

causat transpirationem cutaneam, urinarum fluxum copiosorem, prolicit exanthemata suppressa aut retenta, nec non evacuationes criticas.

Laudatur balneum calidum in morbis cutaneis, in herpete, lichene urticato, prurigine, lepra, ichtyosi, sporiasi, scabie, tinea capitis, crusta lactea, pemphigo etc., in exanthematis suppressis, nec non in tarda eorum proruptione, praeprimis variolarum, morbillorum, scarlatinae etc., porro in convalescentia ex his ad desquamationem facilitandam et cutem purgandam. Laudatur praeterea in febribus nervosis, lentis, in typho, in febri intermittente, in inflammationibus topicis, angina membranacea, entritide etc.; in affectionibus spasticis, epilepsia, Chorea St. Viti, tetano, trismo etc., in morbis vitae vegetativae, in scrophulis, atrophia, rachitide, arthritide, rheumatismo, coxalgia, in suppressione et retentione catameniorum, chlorosi, nymphomania, in affectione haemorrhoidalii, in affectionibus spasticis systematis uropoëtici et aliorum organorum, tussi convulsive, cardialgia, colica, dysenteria, lienteria, vomitu spastico, ileo, hernia intercepta et morbis adhuc innumeris aliis.

Balneum justo calidius vitam cutaneam adeo incitat, ut ad inflammationem sere accedat, haec irritatio, cum per integrum organismum diffunditur, rensum systematis vasorum febrilem prolicit, quem sudor profusus et virium prostratio excipiunt. Licet aegris nounullis ad sanitatem deperditam recuperandam auxilium praebet, bene valentibus tamen nocet, cum praeter effectus malos jam enumeratos cutem nimis emollit, teneriorem et sensiliorem reddit et ad mala, quae e frigoris injuriis praeprimis proveniunt, disponit.

Ast non tantummoda in fluida, sed in extremis quoque suis formis, aqua cum organismo in conflictum veniens, sanitatem non modo destruere, sed et deperditam restituere valet.

Aqua gasformis calidæ proprietates in majori gradu praeserens, corporis organici interstitia magis penetrans, in organismi penetralibus absque pressione mechanica eosdem effectus provocat. Adhibetur sub hac forma ad balnea sic dicta vaporosa, quae in universalia et localia dividuntur.

Eorum effectus est calefaciens, humectans, relaxans, emolliens, resolvens, antispasticus, diaphoreticus et expecto-

rans. Hinc adhibetur in morbis chronicis, in rheumatismo, arthritide, in periosteis inflammationibus chronicis, in paraly- si, anchylosi, glandularum tumoribus, pulmonum tuberculis, angina faucium, in affectionibus spasticis, asthmate, strangu- guria, ischuria etc.

Aqua, tandem in solida sua forma, negativus pro vita organica stimulus, pro systemate nervoso alterans, textus cellulosi et muscularum systematis nisum in contractionem adaugens, interne adhibetur: in digestionis organorum adfec- tionibus morbosis, cum atonia fibrarum muscularium aut cum irritabilitate exaltata conjunctis, in vomitu chronico, in alvi obstructionibus pertinacibus, in ileo, meteorismo, statu verminoso, typho, ictero, etc. Externe et cum majori securi- tate, in inflammationibus, e causis traumaticis, congestioni- bus, vulnerationibus, contusionibus, haemorrhagiis, cerebri commotionibus, extravasatis, cephaleda intensa e congestioni- bus exorta, vesania, typho, apoplexia, asphyxia, sopore etc.

Sufficiat hoc de aqua in genere, nunc aliquid de origine thermarum calidarum.

Pulcherrime exponit haec cel. E. Ossan¹⁾ dicens: »Ihre Geburtsstätte ist das Ur-Uebergangs- und vulkanische Ge- birge. Entquellen sie dem letzteren auch nicht unmittelbar, so entspringen sie doch häufig in der Nähe desselben und stehen mit dem letzteren unverkennbar in einem wichtigen Causalnexus.“

„In Bezug auf ihre Mischungsverhältnisse entsprechen ihre Bestandtheile denen der Gebirgsarten, welchen sie entquel- len; — die Art ihrer chemischen Zusammensetzung, so wie ihrer Entstehung scheint zusammengesetzter. Mit den kühlen Mineralquellen verglichen, zeichnen sich diese vorzugsweise aus durch die Innigkeit der Verbindung aller Bestandtheile, die Beständigkeit ihrer Temperatur, die Stetigkeit ihrer Er- scheinung, die Gleichheit ihrer Wassermenge, und eine un- gleich geringere Abhängigkeit von atmosphärischen Einflüssen.

1) Physikalisch - medizinische Darstellung der bekannten Heilquellen der vorzüglichsten Länder Europa's von E. Ossan, Prof. der Medizin zu Berlin. — Berlin bey Ferd. Dümmler, 1829.

»Wenn man früher die Kräfte und die von ihnen abhängigen Grundprocesse in dem Inneren unseres Planeten häufig zu atomistisch-mechanisch, und neuerdings zu speculativ zu erklären suchte, so lässt sich gleichwohl nicht verkennen, dass unsere Erde in Bezug auf ihre eigenthümlichen Processe als ein Ganzes betrachtet werden muss, dessen Erzeugnisse, so manngsach und verschiedenartig sie auch sich uns darstellen, doch nur sehr einfachen Kräften ihre Entstehung und Fortdauer verdanken. — Bezeichnet man, wie häufig auch noch in neueren Zeiten geschehen, den Inbegriff dieser Kräfte und Grundphänomene unseres Planeten mit dem Namen eines eigenthümlichen Lebens der Erde, so dürfte freilich ein solches in Vergleich mit dem in der organischen Natur, als ein von dem bisher angenommenen Begriffe des letzteren sehr verschiedenes, untergeordnetes zu betrachten seyn, — als ein Verein von Kräften von geringerer Selbstständigkeit, sehr manngfaltiger Modificationen fähig, aber doch nur die unvollkommenste Stufe eigenmächtiger Schöpfungen, die erste Bedingung für die freiere und höhere Entfaltung des organischen Lebens.“

„Je nachdem die Grundkräfte unserer Erde Gelegenheit erhalten, sich rein oder im Conflicte mit äusseren kosmischen Einflüssen zu entwickeln, in gleichem Grade offenbart sich eine, den Bedingungen ihrer Entwicklung entsprechende Verschiedenheit. Insofern die Oberfläche unseres Planeten in einer stäten Wechselwirkung mit den übrigen Weltkörpern, namentlich mit der Sonne und der unsere Erde umhüllenden Atmosphäre sich befindet, ununterbrochen den Einflüssen des Lichtes, der Wärme, des Wassers und der Lust ausgesetzt ist, tritt sie in eine grössere Abhängigkeit von diesen, und wird durch sie der Heerd einer eigenthümlichen Lebensentwicklung. Wenn ihre durch atmosphärische Einflüsse geweckten, manngfaltigen, bis zur Selbstständigkeit erhobenen Schöpfungen auf der Oberfläche der Erde sich in der Form des organischen Lebens aussprechen, so charakterisirt dagegen das Wesen der Erzeugnisse im Inneren unseres Planeten eine geringere Abhängigkeit von der Einwirkung der Aussenwelt, eine grössere Stetigkeit ihrer Erscheinungen, — und das sie

gestaltende und belebende Princip erscheint vorzugsweise in der Form vulkanischer Processe. Fast überall thätig, äusserlich oft ohne scheinbaren Zusammenhang, bilden sie einen entschiedenen Gegensatz zu den organischen Schöpfungen der Erde; während die letzteren der Oberfläche angehören, äusseren Einflüssen ihr Leben und ihre Fortdauer verdanken, walten die vulkanischen Processe im Schoosse unseres Planeten, — treiben mächtige Basaltinseln aus dem Grunde des Meeres hervor, entzünden Steinkohlenflöze, überschütten ganze Gegenden mit Feuerregen und Lavastufen, erschüttern die höchsten und festesten Gebirgszüge; aber frey und unabhängig von den Einflüssen der Aussenwelt."

„Durch Feuer allein werden diese Processe nicht bedingt, auch die Mitwirkung des Wassers scheint hierbei nothwendig zu seyn; schon Plato ahnete dieses Wechselverhältniss beyder im Inneren unserer Erde, wenn er behauptet, zwischen Feuer und Erde habe ein Gott Wasser und Lust gestellt ¹⁾.“

„Durch Feuer und Wasser entwickeln sich im Inneren unseres Planeten Dämpfe und durch ihren Druck werden die wichtigsten Erscheinungen bedingt. Durch sie wird die äusserre Rinde gewaltsam gesprengt und die geschmolzenen Steinmassen in Form von Lava- oder Basaltströmen entleert. — Erdbeben sind die nothwendigen Folgen des Druckes eingeschlossener und gewaltsam zurückgehaltener Dämpfe. Finden die im Inneren der Erde durch vulkanische Processe entwickelten luftförmigen Erzeugnisse keinen Widerstand, so erfolgt dagegen eine Ausströmung von Dämpfen und Gasarten (Mossetten), kohlensaurem Gas, Schwefelwasserstoffgas, zuweilen auch Stickgas. Diesen fortdauernden Ausströmungen scheinen die heissen Quellen und Säuerlinge zunächst ihre Entstehung zu verdanken, wie bereits Al. v. Humboldt, Leop.

1) Οὐτω δὴ πύρος τε καὶ γῆς ὑδωρ αἴρα τε ὁ Θεὸς εὐ μέσην Θεῖς, καὶ πρὸς ἀλληλα καθ' ὅσου ην δυνατόν ἀνά τὸν αὐτὸν λόγον ἀπεργασάμενος; ὅτι περ πύρ πρὸς αἴρα, τούτο μέρα πρὸς ὑδωρ, καὶ ἐπὶ αὐτῷ πρὸς ὑδωρ, τούτο ὑδωρ πρὸς γῆν ξυνεδηστὶ Platon. Timaeus. P. Dialog. ex recensione Iman. Bekkeri p. III. V. II. p. 28. Eine ähnliche Stelle p. 12—19:

v. Buch, von Hoff, Berzelius, Keferstein und G. Bischoff nachzuweisen gesucht haben."

Adnumerantur deinde a cel. E. Ossan argumenta, quae pro origine thermarum calidarum vulcanico loquuntur, uti situs carum et vicissitudo non obscura, quae inter processus, qui in terrae penetralibus contingunt, vulcanicos et inter thermas calidas existit.

Ast etiam temperatura thermarum calidarum constans pro origine earum profundiore loqui videtur. Terram nostram, licet ipsa ab organicis corporibus altioris ordinis eam incoletibus valde diversam habeat vitam, organicam tamen praeserere — corpusque organicum esse credo.

Si nonnulli terram nostram, corpora viva in tergo tenentem, pro corpore anorganico, pro massa inani declarare potuissent, cur non licet cum eodem jure, ipsam cum vigore instruere. Sit insectum in parva tantum organismi nostri parte habitans, cogitationis et dijudicationis potestate instrutum, quid putas, an e regione, quam occupat parva, ad vitam organismi nostri concludere posset, nec ne? Phaenomena, quae in parva sua habitatione in lucem emergunt, revera sunt nimis obscura, organismus noster, imo parva istius pars, qua habitatio nimis est ingens pro animalculo. Et nonne idem in ratione cum terra nostra nobis accedit? nonne parva tantummodo ejus pars est, quam noscimus? et superficies planetae nostri adhuc vix cognita, nonne forsitan id est pro terra, quod cuticula, ad corpora sic dicta anorganica accendentia pro organismo nostro, — involucrum organorum nobiliorum ad vitam ejus necessariorum? Falsa est revera conclusio, terram nostram esse massam mortuam, quia involucrum inane esse videtur.

Ideam meam adhuc magis claram fieri puto, responsione ad quaestiones sequentes:

Quid intelligitur sub vita et quid sub organismo?

Quae ab influxibus externis plus minus modificatur, quin tamen ab istis penitus dependeat, efficientia, quae virium internarum productum est, sub vita intelligitur, est, uti celeb. Ph. C. Hartmann docuit processus dynamicus internus, quo organicum generatur, destruitur, regeneratur et ad certum gradum usque perfectum, varia motus facultate instruitur.

Cui autem iste vires internae, iste processus dynamicus adhaeret, unitas materialis, quæ ab isto determinatur et istum determinat, unitas partibus diversis harmonice junctis constans, quarum singula proprium propositum habet in unum et universale conspirans, organismus dicitur.

Talem efficientiam, talem processum dynamicum terræ nostræ adhaerere, phænomena plura, quæ jam in ipsius superficie contingunt, ostendere videntur, uti eruptiones vulcanicae, fluxus et refluxus maris periodice recurrens, terræ motus etc., quæ omnia ab hocce processu dynamico interno nobis incognito eodem jure derivare possumus, quam a sidereum in terram nostram influxu pariter incognito. Porro anni tempora, licet eorum vicissitudo a solis erga terram nostram situ diverso dependeat, tamen interrogare possumus: unde eorum inaequalitas? cur aestas aestati, hiems hiemi non semper quoad intensitatem, durationem etc. non aequet? — Nonne earum varietas a vigore processus dynamici diverso, a reactionis potestate terræ nostræ diversa dependere potest.

Tandem et quæ pereunt per processus varios in terræ superficie iterum regenerantur, et quo alio modo, quam per eundem processum dynamicum nunc reproductivum? Qua ratione novae montium formationes sunt exortae? — per inundationes, — ast quid sicut harum causa? quid est causa montium crystallisationis et elevationis super maris superficiem? Quid aliud, quam processus terræ nostræ dynamicus internus, menti humanae obscurus.

Planetam nostrum unitatem esse materialem, e diversis partibus harmonice constantem, quarum singula proprium habet propositum, ut universale perficiatur, — terram igitur corpus organicum esse, magis patet, quam ubi et quomodo processus dynamicus ei adhaereat.

Si igitur planeta noster organismus est vivus, ipse qualis, organa propria, vitam propriam, calorem proprium etc. habere debet, et cum corpora organica sint simplicissima, officinas praeserent, in quibus materias diversas producunt, quas pro scopo diverso ad superficiem mittunt, nihil obstat simile et in terra nostra contingere: haec igitur incolentibus cum amore praebet, quod per ejus vitam in sinu interno progeneratur, sicut et corrupta iterum a terra resumuntur, donec

regegerata post millenos forsitan annos in lucem iterum provenient. Ex hoc sinu interno officinas varias includente thermas calidas profluere credo, inde etiam perstans earum calor et intima mixtio chemica nec non quantitas constans provenire possunt, quin ad phaenomena vulcanica, quorum producta in officinis generantur aliis cum illis tamen in nexu organico existentibus, confugamus.

Quod in organismo vivo per processum vitalem paratur fluidum, qua integrans organismi pars et vita non carere posse, hodie non amplius dubitatur. Terra autem nostra si organimus est vivus, et fluidum aquosum, si processus illius dynamici est productum, qua tale non minus, quam sanguis nostri organismi vita instructum esse debet; ostendunt hoc et experimenta plura, nam fluidum hocce, organismo suo exemplum, in vasis adservatum mox corrumpitur; aquae medicatae nobis advectae, virtutem longe minorem exerunt, quam in loco natali adhibitae et perdunt salubritatem suam penitus, si longius adservantur.

Haec sufficient de aquis et balneis in genere, nunc:

DE THERMIS BADENSIBUS.

In pulcherrima, per naturam benignam large ornata Austriae felicis regione, a Vindobona superba non procul, urbicula jacet Badena, per omnipotentem aegrorum refugium, per principis optimi benevolentiam felix! Revera dei servantis est templum, cuius fontes medicatrices per tot secula non exhausti, eodem vigore in aegrorum saluti e terrae scaturiunt sinu. Forsan oceanum jam explevisti benigna aquarum nymphas! antequam fontes tuos Romani reperiebant, — ast Roma victrix jam dudum periit, ast aquae medicatrices tuae adhuc cum eodem juvenili vigore proveniunt. Hygeae filia, gloria tua manebit, licet Iesus moris alternans, quosdam eripuerit tibi, tamen invalidus spe dulci plenus ad thermas semper accedet tuas, et orcu ereptus miraculis tuis plenus perpetuo maximas tibi habebit gratias.

Attamen non indiges laudi meae, lacrymarum copia, qua conservati praे gaudio abundant oculi, miracula tua, quae ab infantia admiratus sum, quibusque devictus pia vota feci, tibi dignum fieri sacerdotem, verbis exprimere non valeo.

Descriptionum exercitationes instituere nolo, nam quomodo situs, clima, naturae et artis producta pulcherrima concurrunt, ut e regione sacra, deae lucus

exoriatur superbus, haec omnia aliorum scripta suffi-
cienter continent. Meum tantummodo sit, Cetiae ther-
mas singulas et Asclepiadae templae hic aedificata pau-
cis verbis describere, meum officium sit, vires therma-
rum earum exponere et piae nymphae leges praedicare.

Badenae fontes scaturiunt sequentes:

1. Ad pedem Calvariae montis, in urbis regione sep-
tentriionali prorumpit Romanorum fons (*Römer-Quelle*¹),
Ursprung). E receptaculo fontis hujus naturali, lapi-
deo, ad quod obscurus ductus viam sternit, aqua pro
usu interno exhauditur; in ductus et specus parietibus
copiosae splendunt crystalli salinae. Hic fons largam
suam aquae quantitatem ad receptacula thermarum se-
quentium ad implenda praebet:

a) Replentur thermae *Ursprungsbäder*, etiam *Halb-
bäder* dictae, in stylo orientali aedificatae, prope Ro-
manorum fontem existentes, quibus aegri a meridie
qua semicupia, post meridiem utut pediluvia utuntur.
Hic sicuti in reliquis thermis, cubicula existere calida
ad vestimenta deponenda, famulosque adesse neces-
sarias lavantibus operas dantes, dictu superfluum est,
cum tantummodo pauperorum thermae (*das Armen-
Voll- und Fussbad*) exceptionem e regula faciunt.

1) Denominationem Römer-Quelle, meliorem esse censeo,
quia his in locis manifesta signa detecta fuerunt, quibus
constat, eundem a Romanis notum esse, quia porro pere-
grinorum nonnulli e denominatione Ursprung credunt re-
liqua balnea omnia inde originem trahere suum.

b) Aquas suas ab eodem fonte accipiunt sic dictae *Theresien-Bäder*, in vicinia priorum, sub eodem tegmine sex, quorum duae receptacula lapidea, reliquae lignea habent, adest in his quoque ad balnea ruentia vel percutientia (*Douche-Bäder*) et ad balneum stillativum praeparatio, e qua ultima guttulae ad mensuram 12 pedum delabuntur.

c) Et sic dictum *Herzogs-Bad*, nec non d) *Antons-Bad* copiosum non ex alio fonte deducunt fluidum suum. Existunt hae thermae in aedificio *Herzogshof* denominato, sunt balnea universalia, quorum prius ultra 100, alterum vero ad 100 circiter homines eodem tempore recipere valet.

Gaudent autem propriis fontibus, super quos thermae aedificatae sunt:

2. Thermae sic dictae *Frauenbad* et 3. *Carolinens-Bad*, ambae sub eodem tecto eleganter aedificatae, exceptis his, in quibus socialiter lavatur, et quinque minorib[us] ibidem existunt balnearia, in quibus hoc munus seorsim perficitur et pediluvium commune; priora aquam e fonte priori, ultimum ex altero fluidum suum deducit.

4. Quae denominationem *Josephs-Bad* praeseferunt aquae, calidissimae sunt, ut schema subsequens ostendet, receptaculum earum ad 60 homines continere potest.

5. Thermae St. Leopoldi (*Leopolds-Bäder*) constant e receptaculo pro balneo sociali et sex minoribus pro hominibus singulis, praeterea in his adparatus existunt pro balnea pluvialia, stillativa, deorsum et sursum

ruentia atque pro balnea vaporosa ²⁾ tam universalia,
quam localia.

6. Aquae St. Peregrini (*Peregrinus-Bad*) pediluvium
formant.

7. Balnearium *Mariazeller-Bad* dictum prope aedi-
ficium *Wohlthätigkeitshaus*, ad quod pertinet, con-
structum est.

8. Sic dictum *Johannis-Bad* cum receptaculo magno.

9. Balnearium, in quo pauperorum nonnulli de-
perditam restituere potuissent sanitatem, si in meliore
statu fuisset, ex hoc (*dem Armenvollbade*) aquam suam
pediluvium accipit in vicinia ejus conformatum, quod
Armenfussbad dicitur.

10. Thermae Francisci (*Franzens-Bad*), a Caesare
optimo sic nominatae, in designatis horis aegris com-
mittuntur e nosocomico St. Mariae et altero (*dem Wohl-
thätigkeitshause*), ambis civilibus, nec non usu pub-
lico pretio parvo constant.

11. Proprium fontem suum porro habent thermae
sic dictae *Sauerbad*, in aedificio magno et pulcherrimo
Sauerhof eleganter constructae, a quo balnearia mino-
ra duo (*Stundenbäder*) aquas quoque recipiunt.

12. In harum vicinia, thermae *Engelburg-Bäder*
nominatae, in quibus parvum balneum commune et
quatuor solitaria minora cum adparatu ad balnea
ruentia vel percutientia existunt.

13. Thermae St. Petri (*Peters-Bad, Militär-Bad*),

²⁾ Horum adparatus exakte descripti inveniuntur in opus-
culo Doct. Joh. Nep. Beck: „Chronik der Heilquellen von
Baden in Oesterreich. Zweiter Jahrgang, 1828.”

pertinent ad nosocomium pro milite saucio pulcherri-
me aedificatum, praeter receptaculum pro balneo
communi, 50 homines circiter eodem tempore reclu-
dens, etiam adparatu pro balneo ruente et stillativo
provisae sunt.

Aquae enumeratae vera sunt naturae benignae
in aegrorum saluti beneficia, sed et principis optimi
ac matronarum generosarum pro invalidis beneficia,
Badenae felici non desunt. Cum haec a scriptoribus
serius enumerandis pulcherrime jam exposita sint,
nec descriptiones pensum constituant meum; Ascle-
piadae templa solummodo denominare et inscriptioni-
bus adpositis eorum scopum breviter designare sufficiat.

Primum beneficium, *das Militär-Spital*, in quo
aestate elapsa 823 milites invalidi curati sunt, cum
inscriptione:

AEGRO ET SAVCIO MILITI
FRANCISCUS I.
MDCCXIX.

Secundum, *das Haus der Wohlthätigkeit*, in quo
per aestatem ultimam 469 aegri sustentati sunt, cum
inscriptione:

Wohlthätigkeitsanstalt
für arme Badebedürftige
gestiftet
von
Kaiser Franz I.

Tertium, *das Marien-Spital*, in quo per annum elap-
sum 224 aegri curati sunt, cum chronographicō pulchro:

ConCorDes seMIInae saCraVerVnt aegrotIs.

Nunc de temperatura thermarum, quām schema
equens continet.

Ad Pag. 22.

U R A
R E A U M I

T E M P E R A T U R A T H E R M A R U M

THERMOMETRO RÉAUMURIANO INVESTIGATA.

Nomina thermarum.	Coelum,	Status barometri.	Temperatura			Observationis dies.	Adnotaciones.
			scaturiginis.	thermarum.	aëris atmosphaeric in umbra.		
Josephs - Bad	Serenum, ventus e regione caurina	28° 4' 7''	+ 29°.	+ 28, 6°.	+ 8, 3°.	8. Octobris	
Frauenbad	detto	detto	+ 28, 9°.	+ 28, 4°.	detto	detto	
Frauen - Stundenhäder Nr. I.	detto	detto		+ 27, 8°.	detto	detto	+ 28, 5°. autem brevi post novam impletionem.
Nr. II.	detto	detto		+ 28, 4°.	detto	detto	
Nr. III.	detto	detto		detto	detto	detto	
Nr. IV.	detto	detto		detto	detto	detto	
Carolinens - Bad	detto	28° 6' 5''	+ 28, 8°.	+ 28°.	+ 9, 2°.	6. Octobris	
Engelburg - Bad	nubeculosum, ventus e regione caurina	28° 6' 3''	+ 28, 4°.	+ 27, 7°.	+ 9, 1°.	11. Octobris	
Engelburg - Stundenbäder Nr. I.	detto	detto		+ 25, 7°.	detto	detto	Nr. II adparatum ad balnea ruentia continet.
Nr. III.	detto	detto		+ 26°.	detto	detto	
Nr. IV.	detto	detto		+ 25, 3°.	detto	detto	
Sauerbad	detto	detto	+ 28, 1°.	+ 27, 7°.	detto	detto	
Sauerbad - Stundenbäder Nr. I.	detto	detto		+ 26, 95°.	detto	detto	
Nr. II.	detto	detto		+ 26, 8°.	detto	detto	
Römer - Quelle	serenum, ventus e regione caurina	28° 6' 5''	+ 27, 9°.		+ 7, 6°.	6. Octobris	Specus temperatura super fontem erat + 19, 5°.
Halbbäder	detto	detto		+ 27, 2°.	detto	detto	
Theresien - Bäder Nr. I.	detto	detto		+ 26, 4°.	detto	detto	cum receptaculo lapideo.
Nr. II.	detto	detto		+ 26, 3°.	detto	detto	cum receptaculo ligneo.
Nr. III.	detto	detto	+ 28, 65°.	+ 26, 6°.	detto	detto	detto
Nr. IV.	detto	detto		+ 26, 5°.	detto	detto	detto
Nr. V.	detto	detto		+ 26, 3°.	detto	detto	detto
Nr. VI.	detto	detto		+ 26, 2°.	detto	detto	cum receptaculo lapideo.
Herzogsbad	detto	detto		+ 27, 25°.	+ 8, 3°.	detto	
Antons - Bad	detto	detto		+ 27°.	detto	detto	
Militär - Bad	detto	28° 7' 0''	+ 27, 65°.	+ 26, 95°.	+ 9, 3°.	18. Octobris	
Franzens - Bad	detto	28° 4' 7''	+ 27, 5°.	+ 26, 8°.	+ 8, 3°.	8. Octobris	
Leopolds - Bad	detto	detto	+ 26, 4°.	+ 26°.	+ 8, 3°.	detto	
Leopolds - Stundenbäder Nr. I.	detto	detto		+ 25, 55°.	detto	detto	
Nr. II.	detto	detto		+ 26°.	detto	detto	
Johannis - Bad	nubeculosum, ventus e regione caurina	28° 6' 3''	+ 26, 3°.	+ 26, 1°.	+ 9, 1°.	11. Octobris	
Armenbad	serenum, ventus e re- gione caurina	28° 4' 7''	+ 26, 1°.	+ 25, 8°.	+ 8, 3°.	8. Octobris	
Mariazeller - Bad	nubeculosum, ventus e regione caurina	28° 6' 3''	+ 22, 9°.	+ 22, 9°.	+ 9, 1°.	11. Octobris	
Peregrini - Bad	serenum, ventus e re- gione caurina	28° 4' 7''	+ 22, 3°.	+ 22, 2°.	+ 8, 3°.	8. Octobris	

A. Partium aërisformium	Pol. cubic.
Gasis Acidii Hydrothionici - - - - -	0,7
" " Carbonici - - - - -	0,5
" Azotii - - - - -	0,3
	1,5
B. Partium solidarum	Grana
Materiae vegeto - animalis - - - - -	0,730
Chloridi Magnesii - - - - -	0,368
Chloridi Natronii - - - - -	1,341
Carbonatis Lithici - - - - -	0,078
Sulfatis Magnesici - - - - -	1,360
Sulfatis Natrici - - - - -	1,990
Carbonatis Magnesici - - - - -	1,750
Carbonatis Calcici - - - - -	1,800
Sulfatis Calcici - - - - -	3,200
Phosphatis Calcici vestigia	
	12,617

Enumeratis thermis singulis, definita earum temperatura, designatis principiis chemicis in Romanorum fonte¹⁾ detectis, quibuscum amicus dilectissimus auxilium mihi suppeditavit; nunc, quas experientia docet, Cetiae vires medicatrices expositurus sum, studabo eas in debitum ordinem ducere, tandem, quam maxime possum, operas dabo in comparatione effectuum cum causis suis, ut filiam utilem — theoriam — cum experientia gignam. Velim, ut primo infantulo meo, licet extra conjugium cum experientia propria nato, nec pulchritudo, nec utilitas desit, prima spurii rarissime carent et a matre ipsa, secunda illustrabitur filiae virtus.

Si experientiam de thermarum effectibus a Joannis Guintherii temporibus, qui anno 1565 de aquis Badensibus dissertationem scripsit, usque ad modernum tempus perlustramus, thermas medicatrices prae-primis in morbis sequentibus commendatas et laudibus summis adhibitas invenimus:

1. In convalescentia et sequelis e febribus sive continuo remittentibus, intermittentibus, acutis aut chronicis, characteris sthenici aut adynamici, inque morbosis, quas inflammationes relinquunt, mutationibus: in debilitate vitali, si irritabilitatis excedentis signa desunt, in

¹⁾ Romanorum fons chemice exploratus fuit, quia ipsius aqua pro usu interno adhibetur, quia porro et reliquorum fontium latex probabiliter ab illius fluido haud differre debeat; ast et reliquorum fluidum cel. Prof. Spécz chemicis quoque submittet explorationibus.

morbosa sensibilitatis et irritabilitatis imminutione, in torpore, paralysi, in congestionibus passivis, in tumoribus et indurationibus hepatis, lienis, pancreatis, glandularum meseraicarum, in concretionibus, in partium solido mollium laxitate, in rheumatismo affebrili, in malo ischiatico, lumbagine, prosopalgia, claudicatione spontanea gradu primo jam absoluto et aliis innumeris adhuc mali rheumatici modificationibus.

2. In morbis cutaneis: in impetiginibus, scabie, sporiasi, tinea capitis et faciei, herpete, lichene, prurigine, ptyriasi, in maculis hepaticis etc., in cutis ulceribus chronicis non inflammatis, in omni porro affectione morbosa e cutis functione, aut hujus organi morbo suppressis exorta.

3. In cachexiis variis: in phthisi, sive sit scrophulosa, aut arthritica, aut rheumatica, aut pituitosa, aut metastatica, si nulla febris adest, in statu pituitoso et verminoso, in scrophulis absque inflammatione, sive sit acuta, sive sit chronica, in rhachitide ejusque sequelis, tandem in cachexia mercuriali.

4. In eccrisibus variis: haemorrhagiis passivis, ptyalismo e mercurialium abusu exorto, in fluore albo benigno, arthritide affebrili, amenorrhoea, retentione et suppressione catameniorum, ischuria, lithiasis, alvi adstrictione et obstructione, nec non diarrhoea a laxitate intestinalium.

5. In morbis systematis nervosi: in hypochondria, hysteria, melancholia, amnesia, vertigine, cardialgia, colica spastica et saturnina, singultu, asthmate, tussi

spastica, incubu, tremoribus ex hydrargyri vaporibus
inque paralysibus praeprimis ex apoplexia exortis.

6. In morbis organicis, in laxitate partium solido
mollium, in herniis et prolapsis, rigiditate articulo-
rum, tumore albo aliisque frigidis, in contracturis, in
luxationis et ossium fracturae sequelis, ast non prius,
quam si 8 saltem hebdomades post callum formatum
elapsae sunt, in carie torpida, nec non in malis, quas
cicatrisationes post vulnera majora causant, etc.

Interdit autem experientia usum thermarum
Pannonicarum: hominibus plethoricis, robustis, ad con-
gestiones et haemorrhagias activas, ad morbos inflam-
matorios pronis, feminibus mense 5, 6, 7, 8 gravidis,
individuis morbis chronicis diurnis fere exhaustis,
puellis chloroticis, hominibus malo syphilitico aut ul-
ceribus admodum impuris aut scorbuticis adfectis;
nocet porro earum usus in phthisi pulmonali, uterina
et aliorum viscerum consummata aut cum statu in-
flammatorio conjuncta; nocet individuis febri cujus-
cumque generis aut inflammationibus acutis, aut chro-
nicis adfectis, aut polypis, anevrismatibus, hydrope
etc., laborantibus.

Effectus autem enumerati tales sunt, quos ther-
marum Pannonicarum usus longius continuatus, utut
felices morbi exitus in organismum exerit humanum,
differuntque ab istis, qui sub ipsa hujusce fluidi in
organismum diverso modo morbose adfectum adplica-
tione adparent; ast ut aquarum Badensium agendi
ratio in quantum fieri potest perspiciatur, proximum

quoque earum effectum tam in hominem valetudine secunda fruentem, quam in organismum humanum morbo correptum perlustrare debemus.

Homo sanus, in thermis nostris corpus suum lavans, quemdam voluptatis sensum percipit, cutis fit mollior, turgor atque rubor adaugentur, vasa cutanea in conspectum magis veniunt, pori aperiuntur, pulsus redditur mollis, plenus atque tardior, respiratio profundior atque lentior, adaugetur urinarum secretio, si quispiam diutius in balneo moratur, cutis in extremitatum digitibus rugosa redditur, percipit horripilaciones et sensationem, ac si fluidum frigidius reddatur, quae a cel. Doct. Schmidt in opusculo suo inferius adnotato saturationis punctum dicitur, in individuis autem, quae stomacho jejuno, balneo utuntur, enumeratis phaenomenis borborigmi et dolores colici adhuc adsociantur.

In hypersthenicis ad congestiones et haemorrhagias activas, ad inflammations pronis, in hominibus febri aut magnis viscerum indurationibus laborantibus, voluptatis istius loco exoriuntur anxietas, inquietudo, pectoris oppressio, respirationis difficultas, ruboris et turgoris faciei praevalens augmentum, vertigo, cephalea, aurium susurrus, pulsus acceleratus, suppressus, rhythmo et magnitudine inaequalis, sub longiore in balneo mora sensuum obnubilatio, leipo-thymia et, quod dolendum, nonnunquam apoplexia, quae et illorum vitam non raro extinguit, qui post

coenam lautam et motus corporis exorbitantes incauti sacerrimo Cetiae fonte abutuntur.

In individuis nervosis, debilioribus in congestiones et haemorrhagias passivas inclinantibus ab initio quidem anxietatis et pectoris oppressionis sensatio, vertigo, cephalea, aurium susurrus quoque exoriuntur, sed mox in amoenam transeunt sensationem et redundunt magis magisque sub balneorum usu continuato, nec non penitus removeri possunt per debitam organismi ad balnea adhibenda praeparationem.

Tandem et in sanis et in individuis morbo adfectis nonnunquam jam primo balneo adhibito peculiaris cutis proruptio — psydracia thermalis — in lucem emergit, sicuti in aegris, quorum morbosa adfectio a scabie, herpete aliisque exanthematibus suppressis dependet, hae iterum summo cum levamine in conspectum proveniunt.

Per apparatus peculiares in fluidum vaporosum expansae et qua halnea vaporosa adhibitae, Cetiae aquae, effectus prolixiunt adhuc magis conspicuos, cum vapores organismi interstitia magis penetrantes in ejusdem penetralia absque mechanica pressione possint, concurrunt autem horum effectus in genere cum illis, quos balnea producunt fluida.

Per aquarum Pannonicarum usum internum, fluidum hocce cum membrana mucipara ventriculi et intestinorum in conflictum proximum veniens, in morbis antea enumeratis plurimis, fructus prolicit conspicuos, adjuvatur usu interno, externa aquarum adplica-

tio et augetur nonnunquam fontis resolvens virtus adito sale thermarum Carolinianarum. Ast si absque medici consilio incaute Pannonica hauritur aqua, partim per nimiam ipsius quantitatem, partim per peculiarem mixtionem suam chemicam, paeprimis in debilitatam digestionis officinam male agit, cum exinde nausea, appetitus prostratus, ructus, vomituritiones, vomitus, unoque verbo digestionis difficultas et motus febriles exoriantur; tali autem ratione non solum usus Cetiae externus impeditur, sed et hujus effectus benigni extinguuntur, nec non sanitas penitus corripitur.

Si omnes enumeratos aquarum Badensium effectus, quum proximos, tum remotos, qui in sanitatis recuperatione e diversis morborum formis consistunt, cum istis, quos aqua simplex calida prolicit, conferimus; aquas Pannonicas similes quosdam producere et peculiares, specificos quoque praeserferre inde patet, quod jam simplex ambarum comparatio, si in morbis febrilibus, in inflammationibus inque exanthematibus chronicis nonnullis etc. adhibentur, ostendit. In prioribus e. g. morborum formis balneum simplex calidum saepissime cum fructu optimo in usum trahitur, dum thermarum Pannonicarum usus in iisdem morbis, ut experientia satis docet, semper damnum, et quod dolendum, nonnunquam irreparabile adfert. In scabie, herpe et similibus cutis affectionibus, nec non in morbis aliis, balnea simplicia remediorum specificorum virtuti solummodo succurrunt, dum thermae nostrae specifica ipsa constituunt remedij. Ejusmodi comparationes mul-

tipicari et ad diversam aquarum Pannonicarum applicationis rationem extendi posse suapte patet.

E dictis omnibus autem sequitur: aquas Badenses externe applicatas in membranam muciparam cum stimulo specifico agere, quo cutis et membranae mucosae vasa resorbentia ad functiones vividiores impelluntur, quam ob rem calidi atque vivi, nec non principiis efficacibus instructi, fontis copia sat magna in organis-
mi assimilationis sphaeram provehitur; ast ibidem pro-
cessu vitali non subacta eundem potius sub omni re-
spectu ad actiones determinat validiores, qua de causa
Cetiae aquae in morbis, cum imminuta et debilitata vi-
tae vegetativae reactionis potestate conjunctis, praeci-
pue salubritatem suam exerunt, per nimiam vero irri-
tationem in morbis hypersthenicis et per exhaustionem
residui virium vitalium in adfectionibus morbosis cum
debilitate magna stipatis nocent.

Praeter virtutem stimulantem, roborantem atque specificam, thermae Pannonicae adhuc vires praesef-
runt resolventes, diluentes, acidis oppositas et anti-
spasticas. Quos autem ex enumeratis effectibus **Cetiae aquae**, gasi acidi hydrothionici, acidi carbonici et azoti,
quos materiae vege-to-animali et sic porro enumeratis partibus earum solidis, quos formae fluidae et efficientiae caloris et hujusce fluidi vitae debent, quilibet mecum in-
telliget, si enumeratorum principiorum seorsim in or-
ganismum animalem adhibitorum effectus non ignorat.

Revera **Cetiae** fons mixtura est divina, quae prae-
ter basin efficacem et constituentem debitam nec ad-

juvante nec corrigente caret, cui adhuc calor et vita superaddita est, quam igitur nec chemicus unquam, nec pharmacopoeus parare poterit.

Antequam Cetiae benignae leges enumerabo, diversam adhuc thermarum applicationis methodum designaturus sum.

a) Externe thermae sacerrimae qua balnea universalia adhibentur, horum applicationis tempus aptissimum horae matutinae et antemeridianae, pauxillo prius nutrimento adsumto constituunt. Mora in singulo balneo partim ab aegri individualitate, partim a morbi praesentis indole, intensione, extensione, stadio etc. dependet, optimeque a medico rationali determinari potest. Iisdem momentis definitur quoque numerus balneorum singulorum necessarius et repetitionis tempus.

Cum balneorum universalium usu et localia non nunquam conjunguntur, vel haec] sola adhibentur, si aegri individualitas aut morbi indolis universalem quidem Cetiae usum denegat, localis vero affectio a thermarum medicatricium applicatione fructus optimos expectare potest.

Haec localis thermarum Pannonicarum applicatio fit:

a) semicupiorum ope, antea sub Nro. 1, a enumeratorum, quae praecipue in affectionibus morbosis abdominis et extremitatum inferiorum utilitatem suam exerunt;

b) pediluviorum ope sub Nro. 2, 6, et 9 enumeratorum, in topicis pedum affectionibus morbosis;

c) balneorum ruentium ope, ad quae, in sub Nr. 1, b, — 5, 12, 13, enumeratis thermis adparatus existunt peculiares, horum adplicatio preeprimis in paralysibus, in rheumatismo et arthritide locali, in artuum rigiditate, in tumoribus frigidis, induratis aut laxis etc. laudatur, eandem adplicationem in iisdem morborum formis habent;

d) balneum stillativum sub Nr. 1, b, — et 5 designatum et balneum pluviale sub Nr. 5 quoque memoratum:

Externam universalem et localem adplicationem adhuc permittunt thermae Pannonicae, per balnea sic dicta vaporosa sub Nr. 5 memorata, quae tam calore majori, quam facultate interstitia magis penetranti, cum stimulo balneis fluidis majori agunt. Laudantur preeprimis in cutis torpore, glandulis induratis, tumoribus frigidis, in malo rheumatico et arthriticco locali, in paralysibus, articulorum rigiditate, contracturis et morbis adhuc innumeris aliis.

B) Et interne adhibentur aquae Pannonicae, ad quem usum, uti jam dictum est, fluidum medicatum e Romanorum fonte hauritur; quod per intervalla majora aut minora, ab aegris in horto Theresiano vicino ambulantibus, in portionibus minoribus aut majoribus bibitur. Moneo, tamen ne ultra mensuram Austriacam (einer österreichischen Mass); quam cel. et doctiss. Doct. Joh. Nep. Beck experientia ductus, utut summum quotidiani usus constituit, ingurtitetur. Haec interna Romanorum fontis adplicatio in morbis omni-

bus, in quibus Pannonicæ aquæ in genere indicatae sunt, locum habet; praeprimis autem in morbis organorum respirationis officinae, in viscerum abdominallium affectionibus morbosis, in malo haemorrhoidalii, in scrophulis, cachexia mercuriali, lithiasi, in morbis cutaneis variis etc. laudatur.

Nunc de legibus, quas benigna aquarum nymphæ istis praescribit, qui ex ipsius fluido sanitatem recuperare volunt.

Prima et legum omnium complexio sonat: obtempera medico, fontis sacerrimi et naturae benignae sacerdoti; nam incautus absque ejus consilio et contra ejus monita e fonte medicato bibens et in aquis meis lavans, nimis saepe mortis germina exinde haurit.

Quibus medici thermarum usum e consilio permittunt, istos Cetia aquas summa cum fiducia ad eorum vires medicatrices adhibere jubet, et recusat sanis thermarum calidiorum usum penitus, nec nimis frequentem in istis permittit, quae temperatura minus calida gaudent.

Mentem ab aegris expostulat Cetia serenam, nec fructus adfert istis, qui animi affectibus aut pathematis sese relinquunt.

Et in nutrientis et in potulentis medium tenere nymphæ monet, omnemque intemperantiam severe punit, cum homines post coenam inmodicam incaute thermas intrantes non raro orco tradit.

Cetia tandem aegros, tempestate favente, motus
in aëre libero moderatos instituere, corpusque vesti-
mentis debitissimis contra tempestatis vicissitudinem tueri
et sanitati magis, quam lusui moris alternanti indul-
gere jubet.

L i t e r a t u r a

de thermis Badensibus.

1. Theophrast. Paracels. de tract. principiorum.
2. Wolfgangi Anemarini, opusculum de balneo Badensi, 1511.
3. Wolfgang Windberger, Medicus zu Krems. Straßburg, 1512.
4. Joannis Guintherii Andernoci, Medici, de aquis medicatis. Augustorati, 1565.
5. Marci Rulandi, Hydriatae Aquarum medicatum, 1568.
6. Andreas Baccius Elpidianus, Medicus Pontificis Sixti V., de Thermis, 1622.
7. Monquetin, Thermologia Badavino-Austriaca, 1651.
8. Carl Joachim Festa, Landschaftsphysicus, das Badnerbad, 1731.
9. Caroli Pissani, Dissertatio inaugralis de balneis badensibus, 1731.
10. Dietmann, J. M., Examen Thermarum Badensium. Dissertatio inaugralis. Vindob. 1732.
11. Dietmann's, Dr., Beschreibung des Badner Babes. Wien 1734.
12. Amusements des eaux de Baden en Autriche, 1748.

13. Mare's, Fr. Xav., chemischer Versuch des n. ö. Badner Bades 1763.
14. Büdert's, J. F., systematische Beschreibung aller Gesundbrunnen und Bäder Deutschlands. Königsberg 1746.
15. v. Kranz, H. J., Gesundbrunnen der österreichischen Monarchie 1777.
16. Volta saggio sulle Aque termali, e montagni de Baden. Wien 1791. (Übersetzt von Meibinger, Wien 1792.)
17. Schenk's, Carl, Abhandlung von den Bädern der l. f. Stadt Baden. Wien 1791, — 1794, — 1799.
18. Historisch-politisches Journal der k. k. Erblande. Baden mit Pyrmont verglichen. 1792.
19. Zwirlein's, Korn. Ant., allgemeine Brunnenschrift. Weissenfels und Leipzig 1793.
20. Systematische Beschreibung aller Gesundbrunnen und Bäder Deutschland's, von einigen Ärzten und Chemisten. Zena und Leipzig 1798.
21. Zwirlein's, K. A., Askulap für Bad- und Brunnengäste. Wien 1800.
22. Gaheis Wanderungen und Spazierfahrten in die Gegenden um Wien. 1801. Heft 31 — 32.
23. Beschreibung der l. f. Stadt Baden und ihrer heilsamen Bäder. Wien und Baden 1801.
24. Historisch-topographische Beschreibung der Stadt Baden und derselben heilsamen Bäder, von Anton Ritter v. Geusau. Wien und Baden 1802.
25. Wagner's, J. C., Wanderungen nach Gutenstein in Österreich. Wien und Prag 1803.

26. Hoser's, Dr., Naturschönheiten und Kunstanlagen der Stadt Baden und ihrer Umgebungen. Wien 1803.
27. Medicinisch-chirurgisches Archiv von Baden in Nieder-Österreich, für Ärzte und Wundärzte, von Dr. C. Schenk und Anton Kollett. Wien und Baden 1804.
28. Schenk's, C. Dr., Taschenbuch für Badegäste Badens. Wien 1805.
29. Fauna und Flora von der Gegend um Baden 1805.
30. Schematismus der l. f. Stadt Baden in Österreich und des Merkwürdigsten der nächstliegenden Gegend, Wien, Baden, Triest 1805.
31. Darstellung des Brandes in Baden am 26. July 1812. Wien 1812.
32. Gemeinnützige Unterhaltungen für die Jugend des österr. Kaiserstaates von Leopold Chimani. 8. Wien 1814, 5 Thl.
33. Kolletti's Anton, Hygieia, ein in jeder Rücksicht belehrendes Handbuch für Badens Gurgäste. Baden 1816.
34. Schmidt's, W. F. Dr., Neue Methode das Badner-Bad zu gebrauchen. Wien 1816.
35. Obersteiner, Benedict, Dr., Einige ernste Worte über den inneren Gebrauch der Badner Heilquellen. Baden 1816.
36. Die Schwefelquellen von Baden in Nieder-Österreich von Carl Schenk. Baden 1817.
37. Miscellen über den Kurort Baden in Nieder-Österreich von M. J. Mayer, Bürgermeister dieser l. f. Stadt. Erstes Bändchen. 8. Baden 1819.
38. M. J. Mayer, Bürgermeister dieser l. f. Stadt, das neu-erbaute Frauen- und Carolinenbad. Wien 1821.

39. Versuch einer Darstellung der Heilkräfte der warmen Schweißquellen zu Baden in Österreich, von Chrysostomus Schratt, k. k. Kreiswundarzt. Baden 1821.
40. Baden in Nieder-Osterreich. In topographisch-statistischer, geschichtlicher, naturhistorischer, medicinischer und pittoresker Beziehung; von Med. Dr. J. N. Beck. Wien 1822.
41. Historische und topographische Darstellung der Pfarren, Stifte, Klöster, milden Stiftungen und Denkmäler im Erzherzogthume Österreich. Herausgegeben von einigen Freunden der Geschichte. 4. Band. Baden mit dem Stifte Heiligenkreuz u. c. Wien 1825.
42. Chronik der Heilquellen von Baden in Österreich, von Dr. Joh. Nep. Beck, Stadt- und Badearzt. Wien. Erster Jahrgang 1827. — Zweyter Jahrgang 1828.
43. Wien's Umgebungen. Historisch-malerisch geschildert von F. C. Weidmann. Zweyter Ausflug. Wien.
44. Physikalisch-medizinische Darstellung der bekannten Heilquellen der vorzüglichsten Länder Europa's, von E. Ossan, Prof. der Medizin zu Berlin. Berlin 1829.

Theses defendenda.

I.

Totius medicinae basin naturae studium constituit.

II.

Aquae medicatae, qua organismi vivi producta et
vita carere non possunt.

III.

Cum masticatione prima incipit assimilatio.

IV.

Renum functio pulmonum muneri opposita est.

V.

Existunt partus serotini.

VI.

Morbus revera intermittens non existit.

VII.

Febres omnium morborum frequentissimi sunt.

VIII.

Venaesectio optimum nonnunquam diaphoreticum
est.

IX.

Emetica in febribus adynamicis optima saepe
remedia.

X.

Arthritidis causa primaria in primis viis quaerenda.


XI.


Typhi sporadici notio nondum plane constituta est.

XII.

Morborum diagnosis, quae sola symptomatum
observationi innititur, manca est, neque praxi recte
instituendae sufficit.








UB Med Uni Wien



+AM273347201



www.books2ebooks.eu